

finium libera est libertate exercitii, & specificationis, seu conditionis, & contrarietatis, ut constat ex dictis *disputatio 7. de Anima*. Tum quia, ut inquit Doctor, clarè etiam quod voluntas possit iudicium determinari per iudicium intellectus ad rectè eligendum, non tamen sequitur, quod non generetur habitus in ea, quia intellectus magis est de se determinatus ad rectè iudicandum, & tamen non negatur in intellectu ex frequentatis actibus rectè iudicandi habitum generari, neque prudentiam, Tum quia cetera etiam voluntas necessario eligeret bonum a ratione iudicatum, non tamen promptè, & facilius potest illud eligere sine habitu; unde etiam Thomistè ponunt habitum in appetitu sensitivo, licet sit ex se necessario determinatus, tum passivè tum activè ad bonum apprehensum, per sensum, & non possit in aliud, nisi in bonum apprehensum, per sensum. Ex quo patet, quod si hæc ratio valeret, non tantum excluderet habitus virtutis à voluntate, sed etiam ad appetitum sensitivo, quia & hic est naturaliter determinatus ad bonum apprehensum, per sensum.

Ad Confirmationem inquit Doctor sit. E quod licet voluntas ex sua libertate possit se determinare in agendo, tamen ex actione sua est receptiva alius habitus de se inclinantis ad similem actionem, illa enim determinatio eius non est per formam naturalem, qualis est in igne ad operandum, sed ex libera actione, que procedit à potentia indeterminata, & ita determinabili per habitum. Et quia vis ex se sit indifferens ad profectum, & non profectum boni, quam quædam ad hoc, quod possit utrumque facere sine habitu, tamen potest per habitum inclinari ad unam partem, licet non tamen quædam potest oppositum, quia licet habitus inclinet ad unam partem, non tamen determinat potentiam totaliter ad illam, quoniam potentia est causa principalis, & habitus minus principalis, unde potentia dicitur utriusque, non est contra, quod declarandum utitur Doctor exemplo causæ primæ, & secundæ, nam causa secundæ dicitur concurrere cum causa primæ, & quævis sit causa naturaliter agens, non ob id tollit libertatem causæ primæ, sed dicitur concurrere naturaliter cum causa primæ, & principaliter liberè agens, sicut ergo causa secundæ naturaliter agens potest concurrere cum causa primæ liberè agente, & ille effectus dicitur liber, propter libertatem causæ principalis, sic pariter eodem modo poterit habitus concurrere cum voluntate, ut causa minus principalis, & effectus adhuc dicitur liber ob libertatem causæ magis principalis, que virtutis habitus, quando vult, & quomodo vult, licet habitus magis inclinaret in unam partem, quam in aliam. Ad ultimum licet non possint in Angeli admitti virtutes, que non ponuntur ad sedandas passiones, & superandas difficultates, que plerumque in nobis ex corpore insurgunt, quo sensu negatæ in Angelis Arist. loc. cit. tamen quia in Angelis etiam locum habent difficultates, que in tollerantia inveniuntur, & humilitate consistunt, cum enim hæc obiecta sint purè spiritalia, possunt illæ difficultates quas in nobis experitur in hac materia, etiam in Angelis reperiri, consequenter etiam possunt in eis habere locum virtutes ad huiusmodi difficultates superandas ordinatæ. Nec etiam est inconveniens, quod in Angelis ponatur habitus temperantia, & fortitudinis, quibus insistentur, non quidem ad temperandè, & fortiter agendum quoad actus sensitivos; sed ad amandam, & procurandam honestatem illarum virtutum, & illorum actuum etiam in his, qui sunt eorum capaces, scilicet, in hominibus; vel etiam in seipsis eo modo, quo declarat Doctor *disputatio 33. ad primum concedi potest.*

Tertio obicitur, quod virtus moralis est moderativa passionum; at in voluntate non sunt passiones, sed tantum in appetitu sensitivo, ergo in ipso solo, & non in voluntate virtutes morales sunt collocandæ. Confirmatur, quia in ea potentia, que maxime deo est à bono simpliciter, debet poni virtus moralis rectificans ipsam; sed appetitus sensitivus est huiusmodi, ergo &c. Denique 1. Ethic. anima de omnino corpori principatu dispositio, appetitum autem sensitivo principatu politico qui habet vim rebellandam, ergo cum appetitus sensitivus possit repugnare rationi, ponendi sunt in eo habitus virtutum moralium, ut facilius moveatur secundum imperium rationis, scilicet, cum quia 3. Ethic. cap. 10. fortitudinem, & temperantiam ponit Aristoteles in parte irrationali.

Respondendo, quod virtus non solum ponitur ad excludendas passiones in sensu, sed etiam in voluntate, in qua reperiuntur quoque passiones, que sunt voluntatis, ut voluntas est, vel ipsius, ut coniunctæ cum appetitu sensitivo, cui nata est concupiscentia, & contrarietatis; idè magis in voluntate, non in sensu, virtutes morales constitutendæ sunt. Nec oportet virtutem formaliter, & subjective esse, ubi est passio moderanda, sed potius in voluntate moderandæ, quia passiones non sunt materia, in qua, vel ex qua respectu virtutum, sed materia circa quam, licet se tenent ex parte obiecti, & idè, sufficit ipsam esse in appetitu sensitivo effectivè, & causaliter vel terminativè.

Ad Confirmationem concedo propriè illam rationem ponendam esse aliquem habitum in appetitu sensitivo, sed ille non est propriè, & principaliter virtus, & eodem modo dicendum est ad ultimum. Ad locum verò Arist. 3. Ethic. c. 10. non sit ibi virtutes illas esse in parte irrationali, simpliciter, & absolute quando, sed in parte rationali tantum per participationem, formaliter verò in parte irrationali, & hæc est voluntas, que non est effectivè ratio, sed participativè, quatenus est subsibilis à ratione non verè in parte rationali formaliter, scilicet in intellectu, vel dicendum Arist. ibi velle duntaxat virtutes illas, nempe temperantiam, & fortitudinem, verlati circa moderandam passionem, que sunt in parte planè irrationali, adeo ut sensus sit, quod eorum obiectum, & materia, circa quam versantur, sit in parte irrationali, non verò virtutes ipsæ.

Quarto obicitur, opposita nata sunt fieri circa idem, sed virtus est in appetitu sensitivo, ut patet de primis motibus virtutis sensualibus secundum glossam ad Rom. 8. ergo virtus moralis, que virtus opponitur, collocanda est in eodem appetitu sensitivo, & non in voluntate. Confirmatur, quia fortitudo, & temperantia dicuntur esse in irascibili, & concupiscenti, sed irascibilis, & concupiscentis non distinguuntur in voluntate, sed tantum in appetitu sensitivo, ergo &c. Denique D. Paulus ad Rom. 7. docet totam difficultatem in humanis operationibus provenire à violentia, & passionibus appetitus sensitivi, unde aliam legem in membris meis respiciuntem legitimus meam, & ad Galatas 5. carnis concupiscentia adversus spiritum, ut non quæcumque voluerit illa faciat, ergo virtutes morales in appetitu sensitivo subsistenti debent, ut passionibus eius moderentur, quia virtus versatur circa difficile.

Respondendo ex Doctor, virtus propriè dictum in voluntate tantum reperiri, sicut & suum contrarium, quod est vitium, non enim reperitur virtus in appetitu sensitivo, prout habet ratione culpæ nisi quatenus subordinetur voluntati appetitus consentienti, & nolenti inordinatos motus reprimere; artamen sicut in appetitu concessimus bene disposito ad obediendum rationi habitus quosdam, qui aliqualem habent virtutis rationem, ut patet ex dictis 71. ita in eodem appetitu malè disposito, & habituato concedi debent habitus quidam mali aliqualem habentes rationem vitii.

Ad Confirmationem, ait Doctor, distinctionem illam irascibilis, & concupiscentis illa inveni per comparandam eam ad voluntatem, sicut comparandam ad appetitum sensitivum, quia obiectum irascibilis est offendens, concupiscentis verò conveniens, sive delectans ita in appetitu intellectivo, sicut in sensitivo; & rursus in voluntate distinguuntur irascibilis, & concupiscentis, quatenus delectabilia concupiscit, trista verò, ac impediunt delectationem refugit. Ad ultimum satis constat ex dictis in solutione ad primum num. 84. Paulus autem loc. cit. docet tantummodo maximam violentiam ad operationes morales exercendas rationi inferri ab appetitu sensitivo; ex hoc tamen non sequitur in tali appetitu virtutes morales propriè dictas poni debere, quia operationes morales à virtutibus moralibus procedentes, propter quas homo laudatur, & est bonus, non sunt operationes appetitus sensitivi, tales enim nisi per rationem regulentur, non sicut laude dignæ, & idè potius tales virtutes ponendæ in potentia imperante, cui obediatur appetitus sensitivus, que est voluntas.

Quinto obicitur, probando habitus bonos existentes in appetitu sensitivo esse verè, & propriè virtutes, quia appetitus sensitivus, prout in homine, natus est obedire potentia superiori, nempe rationi, & ab ea regulari; actus virtutis moralis, cum sua rectitudine in eo consistunt, tunc enim opus prædicte virtutis complectitur, quando passio appetitus omnino est ad medium rationis reducita, & elicitur secundum eius mensuram; ergo nil deest, quod prædicti actus sint verè, & propriè virtutes.

Confirmatur, quia prædicti habitus conveniunt cum præterite virtutis definitio, scilicet, quod est bona qualitas mentis, que rectè vivit, & qua nemo malè utitur, est enim bona qualitas habitus, ergo concupiscentis inclinatur ad appetendum cibum iuxta regulam rationis; & est qualitas mentis, quia per mentem intelligitur qualibet potentia parietis rationis, sicut est appetitus sensitivus, prout est in homine; Est id, quod est vivimus quia est principium actus temperati, & rectè rationi conformis, nec tali habitu possunt malè uti; ergo nil deest ad veram virtutis rationem.

Respondendo, negando consequentiam, quia sicut a quibus sensitivi appetitus non competit primario ratio bonitatis, & libertatis, sed tantum secundario, & per derivationem ab actu voluntatis, cui per se, & primario convenit; ita etiam habitus non primario, & per se, sed tantum secundario, ac veluti per accidens competit ratio honestatis, & virtutis, ac veluti idè propriè, & in rigore non habent rationem formalem virtutis, quam non nisi ab honestate suorum actuum trahere possunt.

Ad Confirmationem dicendum veram, & propriam virtutis definitionem esse, quam Aristoteles assignat à Ethic. cap. 6. quod est habitus electivus circa mediocritatem consistens, que est quod optimum, que definitio non competit habitus sensitivi appetitus, ut constat ex dictis numer. 73. at neque illis competit definitio virtutis in argumento allata; illa enim qualitas non est bona primario, & principaliter, sed tantum secundario, & concomitanter per derivationem ab actu voluntatis; nec etiam propriè dici potest bona qualitas mentis, quia per mentem ex vi ipsius vocabuli propriè non intelligitur, nisi intellectiva facultas, prout distinguitur à sensitiva; Habitus itaque aliarum potentiarum quatenus voluntati subordinetur, possunt dici aliquo modo virtutes, modo iam declarato num. 80. sicut enim actus harum potentiarum dicuntur propriè morales, & moraliter boni, si non elicitivè, & primario, saltem imperativè, & secundario, sic & habitus harum potentiarum dici debent morales, & quatenus ad bonum inclinantes, ad illa que sunt conformia recte rationi, dici possunt boni, & virtutes; sunt tamen minus propriè virtutes, quia habitus aliarum potentiarum non respiciunt essentialiter bonum honestum, sicut est de ratione virtutis, ut constat ex dictis num. 75.

Sexto tandem obicitur Arriaga, probando è contra à appetitu nullo modo dari habitus virtutis, sed tantum in voluntate; nam sortitudo respicit bonum arduum, seu periculum, libi autem non potest appetitus sensitivus invenire suam rationem formalem motivam, nempe obiectum delectabile, ergo non potest acquirere habitum fortitudinis; Idem dicit de habitu temperantia, nam habitus virtutis temperantia non consistit in profectum boni delectabilis, sed est profectio, licet in carentia superflue delectationis ob aliud motum honestum ut in carentia ipsa, ut tali, non potest invenire rationem delectabilis, quin potius inveniat contrarium difficultatem, & molestiam in ea negatione ulterioris delectationis, ergo non potest appetitus sensitivus habere habitum, quo facilius utat ad carentiam amandam, quia ea, ut talis, est extrinsecus obiectum ipsius appetitus. Conf. quia si ex hoc solo, quod appetitus sensitivus movetur ex imperio voluntatis potest generari in ipso quædam qualitas inclinans ad similes actus, & illa fit virtus, igitur paratione in parte corporis desiderata mota ex imperio voluntatis potest generari habitus moralis, qui dicitur virtus.

Respondendo, per hæc & similia argumenta probari tantum habitus in appetitu sensitivo existentes propriè, & in rigore virtutes appellari non posse, quia ut inquit Bassolus *disputatio 33. cit.* appetitus sensitivus propriè loquendo per virtutes morales non perficitur, siquidem perfectio virtutis est perfectio hominis, ut excedat appetitum sensitivum, & distinguatur à brutis; perficitur tamen al quibus habitualibus impressionibus, que non sunt virtutes essentiales, & principaliter, sed quasi per participationem, & secundum quid, quatenus appetitus sensitivus in homine subordinetur voluntati, & rationi imperanti; In hoc itaque sensu sortitudo potest poni in sensu appetitivo, non quidem secundum rationem concupiscentis, cuius obiectum est conveniens, delectans, sed secundum rationem irascibilis, cuius obiectum est offendens, quod sensus abhorret, ac etiam temperantia, cuius obiectum est sensus tendere in delectabile, verb. gr. cibum, & potum cum mediocritate, & regula à ratione præscripta ex voluntatis imperio; unde per habitum temperantia non faciliatur appetitus ad amandam carentiam superflue delectationis, sed ad amandam obiectum ipsam delectabile in tali gradu, & non ulterius, in quo consistit mediocritas virtutis; & licet appetitus tendat in obiectum delectabile, ut sic, & non sub ratione honesti formaliter, & explicitè, quia honestas virtus sensitivas tranfcendit; qualitas tamen in eodem obiecto cum delectatione in certo gradu reperitur etiam connexa honestas ob subordinationem appetitus ad voluntatem imperantem, & rationem regulantem, hæc ratione temperantia habitus in appetitu sensitivo existens dici potest virtus, saltem materialiter, quatenus inclinatur ad delectationem in quadam mediocritate, que est conformis recte rationi.

Ad Confirmationem, concedit Doctor posse in aliquo etiam sensu in parte corporis virtutem, & habitum admitti, sicut patet in manu Pictoris, & Scriptoris, manus enim mea (inquit sub lit. M.) in exercitiam in habilis est in ea facultate, que est ad citharizandum, exercitiam autem est habilis, quod non est, nisi habiliter manus in herente que habitus conceditur esse quædam virtus, quia quædam qualitas habitans ad opus virtutis moralis, quatenus manus inclinatur ad ea que sunt consona recte rationi in arte citharizandi. Hæc autem Scoti doctrina suo modo intelligenda est, quia seculo ordine ad voluntatem, & dictam rationis in materia morum, dantur in aliis potentis virtutes solum in genere naturæ, & in genere cognitionis, non autem in genere moris; nam in genere virtutum intellectualium scientia, ars, & similes habitus sunt virtutes

intellectuales in genere veri, nullo habitu respectu ad rectitudinem voluntatis, imò etiam, si mala voluntati subdantur, unde in arte pingendi perfectior in tali virtute censetur, quo meliori utitur cognitione regularum artus pingendi, non autem quo meliori regitur voluntate; unde poterit artus moraliter virtuosus perfectior pingendi, vel scribendi virtute, in genere virtutis intellectualis, & alius artus moraliter probus ab illa artis perfectione deficeret, quia ratione virtutes intellectuales dicuntur per limitationem reddere hominem bonum tal. ut bonum Pictorem, vel Scriptorem, vel Doctorem, non verò bonum simpliciter, hoc est bonum hominem.

Itaque seculo ordine ad voluntatem dantur in aliis potentis virtutes in genere nature, & in genere cognitionis; & ratio est quia simpliciter, & absolute loquendo virtus appellatur non solum ex bonitate morali, que ab ordine ad voluntatem consistere nequit; sed etiam ex perfectione naturali, & cognoscitiva, seu intellectuali; si ergo accipiatur virtus pro qualitate ad rectam operationem naturalem, & intellectualem inclinante habitibus in membris externis, & aliarum potentiarum ad voluntatem, possunt dici virtutes absque ordine ad bonum voluntatem, imò etiam prævia voluntate disponantur; adhuc enim se genere possunt, ut virtutes in proprio suo genere, quatenus reductivè naturalem, aut intellectualem attingunt, ut optime notavit Averfa *q. 55. sect. 11.*

QUESTIO QUINTA.

An virtutes morales sint inter se connexæ.

Ensus quæstionis est, an quædam virtutes morales habeat, necessario etiam alias habeat, sic ut una possit sine alia consistere; pro cuius maior notitia sciendum est virtutes nonnullas hominum generi, ac conditioni esse communes, que omnes homines, ut rectè vivunt secundum rectam rationem habere debent, ut quatuor virtutes cardinales; alie sunt peculiares alicui statui, ac conditioni hominum, ut sunt virtutes Regiosorum castitas paupertas, obedientia &c. sic virtutes, que Principem docent, magnificentia, iustitia vindictiva &c. præsertim quæstio non est de virtutibus posterioribus generis, cum perspicuum sit, eum qui habeat aliquam moralem virtutem, non debere habere eas, que peculiarem aliquem statum decessant sed quæstio est de virtutibus prioribus generis omnium hominum statum convenientibus; Quæ virtutes in triplici gradu obtineri possunt; ut docet Arist. Ethic. c. 1. Primo in gradu continentia, cum adhuc perturbaciones animæ sunt vehementes, illis tamen adhuc resistimus, licet cum difficultate; Secundo in gradu temperantia, cum adhuc perturbaciones animæ sunt moderatæ, quem gradum obtinent; qui communitur inter homines censentur virtute præditi. Tertio in gradu heroicæ, cum iam passiones ita cohibite sunt ac refrænatæ, ut raro admodum, & vix repugnent rationi, quos virtutum gradus nonnulli vocant, incipientium, profectuum, & perfectiorum; Contra virtutes prædictas non est de virtute primo, vel ultimo modo consideranda, quia constat non necessariò reliquis virtutibus esse connexas, cum virtute aliqua in gradu imperfecto, sic enim constat multos se exercere in materia quædam virtutum, non verò que etiam debent esse virtutes in gradu summo, & heroico; requirere aliarum virtutum societatem, sine quibus in tali gradu non essent, ut virtutes in eodem gradu omnem possunt excellentiam, quam in suo genere habere possunt, omnes autem virtutes mutuè fit ut virtutes in eo gradu sibi invicem coherant; Contra verba itaque est de virtutibus secundo modo tantum consideratis.

Tres autem sunt sententiæ in hæc quæstione, duæ extremæ, & una media. Prima absolute affirmat virtutes omnes morales esse inter se connexas, addo ut una sine alia dari non possit, ratione prudentia, quia cum ipsæ virtutes sine prudentia esse non possint, & prudentia sine ipsis, planè sequitur ipsas virtutes debere esse simul, quam communiter defendunt Thomistæ cum D. Thoma 2. 2. q. 1. Caietanus, Conradus, Medina, Valenzia, Salas, Combricensis, & alii eiusdem Scholæ. Secunda sententia extrema absolute negat esse aliquam connexionem inter illas sed posse unam sine alia reperiri. Ita Scotus 2. 2. q. 36. & Nominales, ac Scotistæ omnes Talarctus, Rada Vulpes, Poncius, Aretinus, Almainus, & plures ex Recentioribus, ut Vasquez, Lorca, Aversa, Arriaga, Oviedo, & alii. Tertia tandem media sententia distinguit, virtutes morales acquiras posse dupliciter considerari, prius in statu imperfecto, quatenus, scilicet, solum important substantiam, & essentiam virtutum; secundo in statu perfecto, & gradu intento, & primo modo consideratas dicunt non esse in vicem connexas, ut in statu imperfecto virtutes, sicut ut in omni casu, & eventu facile per illas operemur, dicunt necessario connekti ratione perfecta prudentia, in qua quoad modo

compulantur, ita Morianus, Granados, Suarez, Tannerus, Lezana, & alii, qui hoc pacto conciliari putant D. Thomam, & Scotum, ita nimirum, ut ille dixerit virtutes in gradu perfecto esse connexas, iste vero non esse connexas in gradu, & statu imperfecto, sed hoc modo posse unam esse abque alia; in quo quidem sensu Thomam mentem D. Thomam interpretantur, ut non obliuere ipsemet indicavit; Et hanc sententiam mediam etiam ex veteribus docuerunt D. Bonaven. Henricus, Riccardus Durandus, & alii.

ARTICULUS PRIMUS.

Quaestio Decima.

199 Dicendum est, virtutes morales appetitivas, licet de facto in gradu perfecto solent esse connexae, absolute tamen loquendo posse etiam in eodem gradu esse separatas, non tantum physice, sed etiam moraliter, & de facto, licet rarius. Ita Scotus loco citato & Auctores secundae sententiae contra Thomam primae, & tertiae sententiae mediae, et quidem quod de facto virtutes morales in gradu perfecto solent esse connexae, non solum ostenditur expressis Philosophorum ac SS. Patrum testimonio, sed etiam ipsa experientia docet, & ratio suadet, nam virtus in gradu perfecto non acquiritur, nisi per frequentem exercitiam; honestas vero virtutis in tali gradu acquiritur talis est natura, quod si in una materia ad se animam allicit, facile etiam ad se animam trahit in quacunque alia materia, quando occurrit occasio, ob similitudinem, & affinitatem ipsarum virtutum inter se; quia ratio in una virtute assuetus, & exercitatus ob honestatis amorem, ad exercitium quoque boni honesti in ceteris materiis inclinatur, sicut et contra; qui in uno peccati genere assuetus, ad alia quoque peccata pronus redditur; Et ratio est, quia omnes virtutes, vel saltem inter se magis affines, merum sibi praestant auxilium, unde fit ut frequenter ad exercitium unam virtutem assumatur quoque alia; habitus namque unius virtutis per habitus aliarum virtutum extrinsece perficitur, ita ut ex eo, quod habitus iustitiae coniungatur cum habitu temperantiae, absolute, & undequaque homo sit promptior, & expeditior ad actus iustitiae, & minora habeat impedimenta ad eos exercendos, nam homo habitu iustitiae fit praeditus, sed alias fit imperator, in temperantia trahetur ad actum iniustitiae committendum, ut ver.g. ex delectatione carnis committit adulterium contra iustitiam; similiter si mulier sit casta, sed alia sit avara, & pecunia cupida, ex tali aviditate ad actum libidinis facile trahetur; sicut ergo unum peccatum in aliud trahere solet, ita una virtus in aliam trahere solet, & in hoc sensu dicunt Philosophi, & Patres virtutes esse connexas.

100 Adhuc tamen simpliciter, & absolute loquendo virtutes etiam in gradu perfecto separatae ab invicem inveniri possunt, nam adhuc secundum ultimum gradum perfectionis extrinsecae, quem sibi invicem communicare solent, non ita sunt connexae, ut quilibet virtus alia quacunque perficitur, sunt enim aliquae valde inter se disparatae, ita ut habitus unius nihil conducat ad perfectionem alterius, quid enim praestat virtus magna nimitis virtuti temperantiae, vel paupertati virtus virginitalis, & sic de aliis. Hoc autem probatur ratione a priori universaliter de quolibet virtute, quia virtutes morales inter se sunt distinctae, & una per se non dependet ab alia; nec ulla ex illis est pars intrinseca, aut proprietate alterius, unde quis exercere potest aliquos actus virtutis v.g. temperantiae, vel fortitudinis prius quam exercat actus aliarum virtutum, & ita comparare habitum virtutis illius, prius quam alias acquirat; ergo una perfectissime haberi potest sine altera non minus, quam una scientia haberi potest sine altera.

Respondent Thomam, per id probari solum nullam esse rationem necessariam connexionis earum inter se immo: moralis, aut physice, quantum est ex rationibus earum formalibus non tamen probari quin habeant necessariam connexionem ratione tertii, in quo univertur nempe ratione prudentiae, quia cum ipse virtutes sine prudentia esse non possint, & prudentia sine ipsis, plane sequitur habere necessariam connexionem cum quodam tertio, scilicet, cum prudentia.

101 Haec responsio non satisfacit, quia ut inquit Doctor distinctio, 36. citat, 5. quantum ergo ad istum, sicut ars respicit factibilia, ita prudentia agibilia; nec est minor connectio virtutum agibilibus, ut respiciantur ab uno habitu, quam factibilibus; sicut ergo factibilia requirunt diversas artes proprias, ita diversae agibilia prudentiae aliquas proprias; & sic respectu diversarum virtutum moralium possunt esse plures particulae prudentiae, nec potest poni una omnium virtutum prudentia nisi collectivae, summendo prudentiam in tota sua amplitudine, prout omnem materiam moralem complectitur, & singulas particulae prudentiae singulis

diversis virtutibus correspondentes, & sic prudentia aliqua particularis bene potest esse sine alia; Cuius ergo pari possit exercitium unius prudentiae in materia unius virtutis, & non alterius, purandum non est prudentiam esse unam virtutem indivisibilem, in qua omnes virtutes copulerentur; sed vel consistit in pluribus habitibus, ut inquit Doctor, ita ut distinctae prudentiae pro singulis virtutibus; vel si est unus habitus, erit cum diversis modis extensionis ad varias virtutum materias, ut opatur Vazquez, & cum extensione ad plura, quae tamen extensio non fit necessario ad omnia simul, sed possit esse ad unam materiam, & non ad aliam; ergo necesse non est, ut ratione prudentiae cum una virtute moralis sint aliae omnes connexae. Tum quia etiam si prudentia esset una indivisibilis respectu omnium virtutum, adhuc necessaria non esset coniunctio prudentiae cum ipsa virtute moralis, quia ut inquit Doctor in 6. 3. quantum ad istum articulum, licet virtus ipsa moralis abque prudentia existeret nequeat, cui ipsa fit coniuncta, potest tamen prudentia abque virtute moralis consistere; & ratio est, quia licet esse non potest virtus voluntatis electio abque recto iudicio, & dictamine rationis; potest tamen inveniri rectum rationis dictamen, abque eo quod ad illud consequatur recta voluntatis electio, ut infra patebit.

202 Respondent, per nostram probationem solum ostendi, quod possit haberi temperantia in summo, & intensissimo gradu acquiri abque habitu iustitiae, & fortitudinis; adhuc tamen illum in eo gradu non esse perfectam virtutem, nisi socias habeat alias virtutes, & habitus.

At neque haec solutio vim argumenti enervat, vel enim sermo est de perfectione quadam extrinseca, quae potest aut una virtuti ab alia venire modo iam explicato ab initio articuli, aut certe ipsi homini, eo quod bonum ex integra causa, malum ex quocunque defectu, & in hoc sensu admissi potest ea doctrina, licet nec etiam sit universaliter vera, ut constat ex dictis num. 100. Vel sermo est de propria perfectione intrinseca in sua specie omnium virtutum, item de vi, & efficacia ad suos adus efficiendos in omni materia, & in hoc sensu est proposita facta, quod ita denotat Doctor in 8. 3. quantum ad istum articulum, quia una virtus est alia, quae hominis perfectio, sed non totalis; sufficeret enim tunc una virtus moralis, ergo partialis. Quanto autem sunt plures perfectiones partiales, ut perfectibile potest esse simpliciter perfectum secundum unam perfectionem in summo, & simpliciter imperfectum secundum aliam, sicut patet in homine, cuius est habere multas perfectiones organicas, potest habere unam perfectionem in summo, nihil habendo de alia, ut esse summe dispositum, quoad visum, vel gustum, vel olfactum, nihil habendo de auditu; ergo potest quis habere perfectionem respectu materiae temperantiae nihil habendo de perfectione alterius virtutis, & per consequens potest esse simpliciter temperatus virtutis, & per consequens potest habere temperantiam, etiam cum quocunque alio quocunque habet temperantiam, etiam cum multis virtutibus moralibus, sicut non est perfectus sentiens simpliciter sine omnibus sensibus; sed non est minus perfectus temperatus, licet sit minus perfectus sentiens, licet sit minus perfectus sentiens; quod etiam exemplo sub aliis verbis videtur Arriaga ad hoc idem declarandum dist. 36. art. 3.

203 Deinde esse posse unam virtutem summe perfectam in suo genere sine omnibus aliis, inde manifeste probatur; quia licet sint multae virtutes in vicem invicem, sicut humilitas patetiam, abstinentia castitatem; aliae tamen sunt inter se ita independentes, & disparatae, ut alio modo se invicem, nec maiorem facilitatem in suis actibus exercendis sibi sint utiles, nec enim veracitatem in loquendo invariatur a castitate, nec temperantia a magnanimitate, ut constat ex dictis num. 100. Denique virtutem aliquam praeritum in gradu intensissimo sine aliis acquiri potest vere, & proprie rationem, & statum virtutis, probatur, quia ad rationem virtutis satis est, quod sit habitus bonus, & licet quando est in gradu dispositionis, deficit a statu virtutis in rigore dictae; tamen quando habet statum habitus, & non tantum dispositionis, quando nimirum ex pluribus, & iteratis actibus est acquisita, censetur esse in statu proprio, & perfecto virtutis, etiam si non sit cum aliis associata; neque enim ad statum virtutis aliterius peculiaris perfectum necessarium requiritur aliis adesse virtutes, quae superent quocunque impedimentum, & potentiam reddant omnimode expeditam ad exercitium singulae cuiusque virtutis; hoc enim neque ex definitione virtutis, neque ex conditionibus eius sufficienter deducitur.

104 Respondent Thomam, cum Casarano, definitionem virtutis ab Arist. traditam 2. Ethic. cap. 7. sic intelligendam esse, ut perfecta virtus sit illa, non quae hic, & nunc ad recte operandum inclinatur, ut faceret temperantia sine aliis habitibus virtuosus; sed quae inclinatur universaliter in omni actu, seu

in omni euentu facile operetur; sic autem non faceret temperantia etiam intensissima sine aliis habitibus; quia mulier habens habitum castitatis etiam intensissimum, si alias esset avara, vel sine fortitudine, non faciliteretur per illum ad castitatem vivendum, nam ob pecuniam, vel timorem fearum ad peccandum contra castitatem induci posset.

105 Sed hoc gratis omnino dicitur, quia habitus cui usui virtutis ex se facilem reddit hominem ad actus illius virtutis, & ad illos inclinatur in quavis occasione, semper etiam quantum est ex se, in illud inclinabit, est interduum per accidens inclinatio haec effectum non fortiter impediens causae vivendi impedimenti; Vadé in illa muliere impedimentum causae vivendi est omnino per accidens, & idem inclinatio non tollere per se virtutis illius ad castitatem vivendum, quantum inclinari debet per castitatem, cuius non est superare avaritiam, aut timiditatem; unde quavis virtus illis succumbendo non amplius causae vivere dixerit; hoc esse materialiter, non formaliter, quia non ex voluntate succumbere, sed ob amorem pecuniarum, aut mortis timorem; sicut temperat vivere ob avaritiam non dicitur temperat vivere formaliter, quia non ex motivo virtutis, sed materialiter tantum; Quod si adhuc contendatur, quod esset in castitate formaliter; hoc plane non esset ob aliarum virtutum carentiam, sed potius quia virtus illa non esset adhuc in suo genere tam perfecta, quam potest esse, quia potest tanta perfectio eius intrinseca acquiri; ut ex motivo suo intrinseco inclinaretur ad contemnendas pecunias, & minas, & ad quodlibet impedimentum etiam extrinsecum removendum; potest enim in quavis castitate in tanta perfectione possidere, ut ob eius amorem divitias contemnat, ac minas spernat ob solum castitatis amorem, & sine ullo amore liberalitatis, aut fortitudinis, quo pacto in omni casu, & euentu faciliteretur ad castitatem vivendum sperando minas, atque pecuniam sine liberalitate, & fortitudine.

106 Confirmo, quia altitudo virtutum consortium non per se conducit, ut quis feratur in bonum castitatis ob ipsius particularem honestatem, quia illum non attingunt, ut de se constat; ergo castitatis habetur in summo, & intensissimo gradu, tam perfecte inclinatur ad castitatem vivendum, quando est cum aliis virtutibus, ob solum formale motum, ac quando est cum illis; & per consequens ita est perfecta virtus extrinseca, quando est sine aliis virtutibus, ac quando est, cum ipsis.

107 At neque haec solutio vim argumenti declinat, quia licet multoties ita accidat, quod in progressu acquisitionis unius virtutis, antequam ad gradum intensum perveniat, & statum eius perfectum, occurrunt occasiones quoque aliarum exercendarum, quod simul cum illa acquiruntur; non tamen ita semper eunt; nam matrimonio coniuncti nullam habent occasionem excedendi, vel conservandae virginitalis, & pauperes vix habent occasionem excedendi liberalitatis, aut dignitatis contemnendi; ergo potest acquiri etiam moraliter una virtus perfecta abque aliis omnibus, licet incedam non possit sine, aliquibus, ut bene Ponticus arguit dist. 23. q. 11. Nam quia quavis occasio occurreret aliarum virtutum excendendum tamen possit quis materialiter solum eas exercere, & non ob eorum formale motum, sed tantum illius, quam acquirere intendit, quo quidem casu aliae virtutes non acquiruntur; ergo hoc non obstanter potest una virtus acquiri sine aliis, non tantum physice, sed etiam moraliter; antecedens patet, ex dictis, quia potest quis ob amorem castitatis divitias contemneret, minas, atque tormenta sine ullo amore liberalitatis, vel fortitudinis, quo quidem casu solum castitatis habitum intendere, & augere, nec alium liberalitatis, vel fortitudinis acquirere.

108 Restat ergo, ut virtutes morales tunc tantum censentur inveniri connexae, quosdam in gradu heroico possidentur, tunc enim in tali gradu possideri dicuntur, ut dictum est num. 97. ex Aristot. 7. Ethic. cap. 1. cum per actus heroicos, & excellentes cum perfectione habeant, ut passiones plane sint compressae, neque unquam, aut saltem rarissime recte rationi repugnant; hoc autem contingere acquirit nisi quando virtutes sunt sibi invicem associatae, & merum sibi praestant auxilium in virtutis operando; Et in hoc sensu dixit Aristot. 6. Ethic. cap. 13. simul cum prudentia inesse virtutes omnes; sumit enim prudentiam in tota sua amplitudine, prout omnem materiam moralem complectitur; regulariter enim cum hac prudentia

dirigente humanam rationem in materia omnis virtutis, sicut conivertit virtutes morales in voluntate ad recte in omnibus operandum. Ratio autem, cur homo tunc tantum virtutem possideret dicitur in gradu heroico, quando tali potest prudentia generalis in omni materia moralis, est, quia cum ex natura sua multas tentationibus sit expostus circa diversas materias, imperfetio circa unam materiam est una occasio imperfecte agendi circa aliam, & perfecta dispositio agendi circa unam iuvat ad recte se habendum circa aliam; si ergo non est homo ita recte dispositus in omni materia moralis, quantumvis perfectus, & in gradu intenso unam virtutem habeat, aut alteram, nunquam dicetur illam in gradu heroico possidere, quia non adhuc intelligitur abque occasione imperfecte agendi circa alias materias, quae etiam animam praebere possunt imperfecte agendi circa materiam, cuius virtutem possidet etiam in gradu perfecto; quia una virtus magis firmatur, & magis resistit adhibi contrario per hoc, quod coniungitur alii virtuti, sicut temperantia cum fortitudine magis firmatur ad resistendum adivin temperato, quam sine fortitudine; temperantia enim, & fortis magis est dispositus, ne per timorem terribilium committat actum turpem intemperatum quam si non haberet fortitudinem; ita dicitur Scotus infra D.

109 Hinc patet male ab Arretino dist. 36. art. 2. & aliis confundi virtutem in gradu heroico, & in gradu perfectissimo, nam virtus quaelibet considerari potest vel secundum propriam, & intrinsecam, ac essentialiam perfectionem, quam ex propria specie habet; & ex proprio obiecto desumit; vel secundum perfectionem extrinsecam, & sibi aliunde accidentaliter adiunctam, ut verb.g. temperantia considerari potest vel secundum rationem intrinsecam temperantiae, quam ex propria ratione formalis habet; vel secundum perfectionem extrinsecam, quam ex conjunctionem ad fortitudinem, & ad alias virtutes foritur, ut notat Rada controvers. 15. articulo 2. Si loquamur de perfectione intrinseca, & essentiali virtutis, licet quaelibet virtus in sua propria specie potest esse perfectissima, ut ait Doctor liber B. in ratione virtutis obque conjunctione ad alias, quia cum virtus virtutis sit extrinseca, sicut una species alteri, una non potest esse alteri ratio essendi virtutem perfectam in sua specie; adhuc tamen non dicitur in gradu heroico possideri, quia ad possessionem virtutis in tali gradu, non solum requiritur quod sit perfectissima virtutis essentiali, & intrinseca, quam habet ex proprio obiecto, sed etiam perfectionem extrinsecam, & accidentalem, quam non habet, nisi ex conjunctione ad alias virtutes, quae quidem perfectione magis est perfectio habentis virtutem, quam ipsius virtutis, quia habens virtutem tantum perfectus operatur, & minus impedibiliter, quando plures habet virtutes, & magis impedibiliter, quando pauciores; Cuius ergo communitur dicitur virtus tunc obtineri in gradu heroico, quando possidentur in gradu perfectissimo, hoc non tantum intelligi debet de perfectione intrinseca, & essentiali virtutis, sed etiam de extrinseca, & accidentali, quam ex conjunctione ad alias foritur; Et hoc est, quod inquit Doctor dist. 36. quantum ad istum, quod homo non dicitur simpliciter moralis, & bonus sine omnibus virtutibus moralibus, sicut non est perfectus sentiens simpliciter, sine omnibus sensibus; sed non est minus perfectus temperatus, licet sit minus perfectus moralis; sicut non est minus perfectus sentiens, licet sit minus perfectus sentiens. Vide pro nostra sententia alias rationes efficaces apud Bassolium 3. dist. 36. quaest. unio. art. 1. & Rubionem ibi quaest. 1.

ARTICULUS SECVNDVS.

Solvuntur Obiectiones.

108 In Oppositum obiciunt Primò testimonia Patrum, & Philosophorum, nam Augustin. 6. de Trinitat. cap. 4. ait virtutes, quae sunt in animo humano, nullo modo ab invicem separari; Et Bernardus lib. 1. de consideratione cap. 6. dicit sua vltimum esse quandam concentum, complexum quae virtutum, atque alteram pendet ex altera, quod verum non esset, si non esset sibi invicem connexae; Item Gregorius 22. Moral. cap. 3. verus finem inquit, quod una verè virtus non est, si mixta aliis virtutibus non est; Et Cicero lib. 1. quaest. Tullianum, si unam virtutem confisus fueris, non habebis, nullam te habiturum necesse est; Et denique Aristot. 6. Ethic. cap. 13. ait, simul cum prudentia omnes inesse virtutes. Rationem adducunt a priori, quia quaelibet virtus in suo esse undique perfecto requirit prudentiam constantem, non obstantibus quibuscunque difficultatibus undecunque provenientibus, agendum esse iuxta eam virtutem; ergo requirit affectum ad vincendum omnes difficultates,

caus, quae etiam ex aliis vitiis oriri possunt: hi autem affectus sunt omnes aliae virtutes eius vitiis contrariae simul sumptae: ergo quilibet virtus a reliquis virtutibus pendet in suo statu undique perfecto.

109 Respon. cum Doct. loc. quod quando Philosophi & Pater dicunt virtutes esse connexas quoad earum statum perfectum, non loquuntur de perfectione earum intrinseca, & essentiali sed extrinseca, & accidental, quam acquirunt ex aliarum consortio, ex qua resultat perfectio omnimoda habentis, nam sine omnibus virtutibus non dicitur homo simpliciter moralis, & bonus, sed tantum secundum quid nec dicitur virtutem possidere in gradu heroico, sed valde inferiori: Vel si loquuntur de perfectione virtutum intrinseca, & essentiali intelligendi sunt, quod ita ut plurimum evenit loquitur, quod virtus una in sua specie perfecta, & excellens alias quoque trahere solet, & sibi copulare ob eam affinitatem, & mutuum auxilium, quod sibi invicem prestare solent, ut iam explicatum est n. 99. unde sicut hac ratione vitia, & peccata dicuntur esse connexa, quatenus unum aliud trahit, ita quia una virtus in esse perfecto in aliam trahere solet, hac ratione dici possunt esse invicem connexae: non autem ita ut simpliciter, & absolute loquendo etiam de facto separari nequeant: Arist. vero auctoritas iam supra est explicata n. 106. quod prudentiam sunt in tota sua amplitudine, prout omnem materiam moralem complectitur, regulariter enim cum hac universalis prudentia rationem dirigente in quacunque materia, consuevit esse solent virtutes morales in voluntate ad recte in omnibus operandum.

110 Ad rationem primo negari posset, constant illud propositum vel iudicium quod prudentia tribuitur in materia alicuius virtutis particularis esse debere ita universale, vel ita universaliter proponi, ut dicat non obstantibus quibusvisque difficultatibus undequaque provenientibus agenda esse iuxta eam virtutem: quia per se loquendo sicca castitas ex vi sua non tenetur superare avaritiam, vel timiditatem, sed tantum vitium sibi oppositum in particulari prudentia, quae est eius particularis regula, tantum dicitur tenetur, quod non obstante difficultate ex opposito vitio, nempe illecebris carnis insurgente, agenda est iuxta eam virtutem. Vel si universale illud iudicium requiratur, ad hoc negari debet sub illa minor, quia affectus ad vincendum omnes difficultates, quae ex aliis vitiis oriri possunt, potest esse sola castitatis virtutis, quatenus ex motivo suo intrinseco inclinatur potest pro sua honestate servanda ad contemendam pecuniam, & minas, & quodlibet aliud extrinsecum impedimentum removendum: in quo quidem casu solus castitatis habitus vincendus, & augeretur: nec ullus liberalitatis, aut fortitudinis acquireretur, vel aliter virtutis, ut deductum est supra n. 104 & 105. Veritas tamen est castitatem ex suo formali constitutivo non inclinare ad subeundum quodvis terribile pro eius honestate tuenda in quolibet opere.

111 Secundo obiicitur, quia illa non est perfecta virtus, quae comparatur sicut obliquitate illius potentiae, cuius est, circa aliquam materiam virtutis: sed omnis virtus, quae non habet alias associatas, est huiusmodi, nam mulier in castitate habiturata, si alias sit avara, vel timida, ob pecuniam, vel timorem facile induci potest ad peccandum contra castitatem, ergo &c.

Confirmatur, quia illa habilitas, & dispositio ad actus virtutis, quando est sola in aliquo subiecto, est de facili ammissibilis: ergo non virtus, quia de ratione virtutis est, quod sit habitus, & per consequens, quod difficulter sit amissibilis. Tandem virtus est delectabilis operari ex 2. Eth. c. 3. sed una virtus sine alia non est principium delectabiliter operandi, quia potest impediri, & difficultatem contrahere ex passione circa materiam alterius virtutis: quam non habet, nam tentatus de temperantia, si non sit fortis, non desistat fugiet, quae pertinet ad intemperantiam: ergo sine vires fortitudinis temperantia non habet rationem virtutis.

112 Respon. Doctor. C. maiorem esse veram de perfectione extrinseca, & accidental, non vero intrinseca, & essentiali, unde virtus castitatis in muliere non redditur essentialiter imperfecta ex defectu fortitudinis, quia non pertinet ad eam dirigere hominem circa omnia obiecta, sed tantum circa propriam: sicut non magis obliquatur homo in videndo, si possit audire, quam si non possit, quia de ratione visus non est periculis hominem in audiendo: quare perfecta virtus castitatis, vel iustitiae potest sicut comparari obliquitatem, quae non est sibi opposita, nimirum circa materiam alterius virtutis in quo casu non obliquatur virtus castitatis, vel iustitiae sed habens eam. Dices, mulier in castitate habiturata mechans ob timorem, vel lucrum est simpliciter intemperata, & incasta, etiam si non peccet ex motivo carnalis delectationis: ergo in tali casu castitas comparatur obliquitatem etiam sibi oppositam, Negatur assumptum, in tali enim casu mulier illa est per accidens intemperata, & incasta, non vero

per se, eo modo quo dicit Arist. furantem ad machandam esse ver se mechum, & solum per accidens furem. Ad Conf. negat. Doctor. assumptum, non enim virtus etiam sola existens facile amittitur, quia non corrumpitur nisi multis actibus contrariis: praeterquam quod virtus ratione habitus connotat: est de difficili mobilis, non autem ratione sui formalis significatur. Ad ultimum inquit, quod una virtus sine alia potest dare facilitatem operari per se loquendo circa propriam materiam, licet per accidens impediri possit operans ad delectationem ex defectu alterius virtutis: unde argumentum concludit solum, quod habens virtutem unam tantum quantumcumque perfectam sine alia non est undequaque perfectus circa totam materiam moralem, sit pollens unica virtute verb. grat. temperantia est imperfectus, & instabiliter operatur absolute loquendo, quia non habet omnem virtutem, ceterum non est imperfectus, nec instabiliter agit circa propriam materiam illius virtutis, quam habet: exemplum esse potest in illo, qui non habet olfactum, nec auditum, habet tamen visum: hic enim imperfecte sentiens est, sed non imperfecte videns, ita in proposito habens solam temperantiam, non est perfectus moralis, est tamen perfectus temperans.

113 Tertio obiicitur, illa virtus non est perfecta, quae non dicit ad finem virtutis, nec ipsam assequitur: sed virtus non habens finem suam, & per consequens comparans se cum virtute illi oppositum ad talem finem non perducit, quia non facit virtum politicum, & simpliciter moralem, ergo &c. Confir. quia habens unam virtutem necessariam est virtuosus: sed virtuosus non est, qui habet aliquid vitium, ergo habens unam virtutem nullum habet vitium, & consequenter omnem habet virtutem. Demum illa sunt necessaria connexa, quorum unum est necessarium ad conservationem, vel perfectionem alterius: sed ita est de omnibus virtutibus si enim unus caret aliqua, non est perfectus virtuosus secundum aliam, citoque cadit ab ipsa, sicut qui non est fortis, cito timore mortis cadit in castitate, & facit contra ipsam: ergo omnes virtutes sunt connexae.

Respon. Doctor, quod quilibet virtus in se perfecta quantum ad perfectionem intrinsecam perducere potest ad finem proprium sibi praesens correspondentem, nempe ad actum suum virtuosum, eo modo quo actus dicitur finis habitus: sed ad finem totalem, & perfectum omnibus, vel pluribus correspondentem perducere non potest finalis, non obstante quod in se sit perfecta: quare argumentum concludit tantum, quod ad perfectionem habentis omnimodam respectu finis consequendi non sufficit una virtus, sed aliae requiruntur, quia finis virtutis huius, vel illius non est perducere se ipse ad finem virtutum moralium, sed ad proprium finem: sicut nec unus sensus perducit hominem ad perfectum sentiendi: unde de ratione virtutis non est efficere virum moralem, & politicum absolute, sed in propria specie.

Ad Cognitam. habens unam virtutem quantumcumque perfectam formalem, & intrinseca perfectione, non ob id est absolute perfectus circa totam materiam moralem, sed in ea tantum specie est virtuosus, & virtuosus, sicut habens unam perfectum est simpliciter videns, est audient, & olfactum non habet, sed solum visum, non tamen est absolute, & perfectus sentiens quare argumentum concludit tantum, quod ad perfectionem habentis, debent virtutes esse connexae, quia absolute, & perfecte virtuosus, & moralis dicitur perfectionem omnium virtutum, sicut perfectus sentiens dicitur perfectionem omnium virtutum, in operando. Ad ultimum, una virtus quantum ad perfectionem suam intrinsecam, & formalem non exigit, vel coexistit aliam: sed tantum quoad perfectionem sui extrinsecam, & accidentalem, quae magis dici debet perfectio habentis, quam ipsius virtutis: nec etiam aliam requirit, tanquam essentialiter requisitam ad sui conservationem, sed tantum accidentaliter: quatenus accidentia licet se invicem mutant ad salvandum, non enim ita bene, & commodè una saluatur sine alia, sicut cum alia, ut Doctor declarat infra li. D.

114 Quarto obiicitur, quia nulla virtus moralis est perfecta in suo genere, nisi sit potens resistere omnibus contrariis ipsius, sicut homo non est perfectus vir, nisi vires habeat ad resistendum omnibus suis contrariis: propterea dicit Arist. 2. Eth. cap. 4. ut virtutem non habere statum virtutis nisi firmo, stabili, atque immutabili affectu operetur: Sed viri non solum contrariatur virtuti quod est circa eandem materiam, sed etiam contrariatur alia virtus, quae sicut circa materiam aliam virtutem: ergo ad resistendum illis indiget consortio, & iuxta hanc aliam virtutem. Minor probatur, quia mediocritas virtutis verb. grat. temperantiae non solum habet per contrarium virtutem intemperantiae, sed etiam alia vitia, non enim castitas famina: solum destrui potest propter veneream delectationem, sed propter vel timorem alicuius mali, quod pertinet ad timiditatem, vel propter lucrum, quod pertinet ad avaritiam. Eius.

Et iustitia iudicis non solum currumpti potest propter motum iustitiae, sed etiam propter motiva avaritiae, luxuriae, gulae, &c. quae pertinent ad diversa vitia: ergo omnia illa sunt aliquo modo contraria cuilibet virtuti, & per consequens ad perfectum statum cuiuslibet virtutis necessarium est consortium aliarum virtutum.

Confirmatur, quilibet virtus moralis pendere ex prudentia non solum circa primariam materiam, sed etiam circa omnes materias virtutum, neque enim temperans esset, qui iudicaret fugiendas esse delectationes, & tamen iudicaret faciendam esse iniustitiam sive in retentione, sive in acceptance rei alienae, quia prudentia recte iudicat utrumque, & aequè inclinatur ad utrumque iudicium, nempe servandum esse unicuique suum ius, & medium in delectationibus esse sequendum: ita arguitur Lozana, & Acquet.

115 Respon. ad dictis, maiorem esse veram de perfectione extrinseca, & accidental, quam una virtus trahere solet ex alterius consortio: non autem de perfectione intrinseca, & moralis, quam habet in sua specie, quia non spectat ad unam virtutem dirigere hominem circa materias aliarum, & resistere vitium alteri virtuti oppositis, alioquin omnes virtutes coirent in unam simpliciter virtutem, vel essent partes illius: Similiter cum dicitur in minori, quod virtus non solum contrariatur vitium, quod est circa eandem materiam sed, etiam omnia vitia, quae sunt circa materias aliarum virtutum, hoc verum est per accidens, & concomitantur, non vero per se, & formaliter.

Ad confirmationem negatur assumptum, quia, ut constat ex dictis n. 10. respectu omnium agibilium non est tantum unus habitus realis prudentia, sed cuilibet virtuti morali responderet sua particularis prudentia in propria materia: sicut a pari respectu omnium agibilium non datur unus tantum arithmeticus, sed diversi pro facultatibus diversis: & sicut potest aliquis esse moraliter bene affectus circa aliqua agibilia, & male circa alia, ita etiam in dictando potest esse habitus ad recte dicendum circa illa, & male circa illa: ita quod patet virtutes morales non maiorem habere connexionem in prudentia, quam inter se immediate. Quod si una est prudentia pro omnibus virtutibus, ut volunt Thomistae, adhuc tamen intentionem non assequuntur, quia est quodlibet virtus supponit prudentiam, & haec sic cum virtutibus connexa, virtus tamen temperantiae verb. gratia non supponit eandem prudentiam partem, quam supponit virtus fortitudinis, & pars illa prudentiae, quam temperantia supponit, non est connexa cum virtute fortitudinis, sed tantum cum virtute temperantiae, ut recte dicitur Ovidius loco citato. & similiter pars prudentiae, quam supponit fortitudo, connexa non est cum virtute temperantiae, sed tantum cum fortitudine: nec tandem pars prudentiae, quae diversae supponunt virtutes, aliam inter se habeat connexionem: Ex quo tandem inferre, nihil prudentiae supponere temperantiam, quod mediate, vel immediate connexionem habeat cum fortitudine. Et quavis verum sit prudentiam, integre, & adaequate sumptam esse connexam cum omnibus virtutibus, haec tamen connexio respectu omnium virtutum non cuilibet parti prudentiae convenit, sed haec pars prudentiae mutuo est connexa cum hac virtute, & pars illa cum alia virtute abique connexionem partium inter se secundum suam virtutem. Concludit itaque Doctor, quod in hoc tantum sensu virtutes morales inter se connexae dicuntur, quia una sine alia non perfecte dicitur ad finem virtutum, nec conservatur sine alia, ne homo est perfectus moralis, nec simpliciter bonus, nisi habeat omnes: & hoc est, quod inquit Arist. 6. Eth. cap. 13. Secundum quae autem dicitur simpliciter bonus, non contingit separari, simul enim prudentia sine existentibus inveniuntur, & loquitur de prudentia una, non in specie, sed in genere modo iam explicato.

116 Quae etiam hic ulterius solet, an virtutes morales, sint connexae cum Theologicis. Cuius respondet Doctor diff. 36. c. 1. art. 3. nec Thomistae dissentunt, virtutes morales non necessario requirunt Theologicas, ut sint perfectae in sua specie: dispositio enim potest esse sine forma, ad quam disponit, virtutes vero morales sunt dispositiones ad Theologicas, sicut felicitas naturalis ad supernaturalem: Unde possunt esse perfectae in sua specie sine charitate, licet sine illa non sint perfectae ulteriori perfectione, quam possunt habere, quia sine illa non ducunt in finem ultimum: & sic dicuntur informes sine charitate, & possunt formari per charitatem, pro quanto ordinat ipsas, & sicut ipsarum in finem ultimum, in quem immediate ordinat charitas: Virtutes etiam Theologicas non necessario requirunt morales, sive in via, sive in patria: charitas enim sufficienter disponit vim appetitum circa omnia volubilia in una ratione volubilis: sicut neque oportet Beas habere omnium scientiam in genere proprio, sed sufficit non ce in Verbo, quae est non ita magis perfecta: Verum est tamen, quod si darentur virtutes morales infusae secundum speciem a

moralibus acquisitis distinctae, ut opinatur Thomistae, quas tamen superius n. 2. cum Doctore negavimus, dicendum foret illas esse cum Virtutibus Theologicis connexas quoad infusivum, & existentiam, ut consequenter Thomistae loquuntur: infunduntur enim simul cum Theologicis, & sine ipsis esse nequeunt, ablatis enim virtutibus Theologicis, & plures quoque de medio tolli necesse esset, imò, & sola charitate amissa, ipse quoque amittuntur.

QUESTIO SEXTA.

De Connexione virtutum moralium cum prudentia, & contra.

117 Virtutes morales connexionem habere cum prudentia dicit Doctor loco citato neque in hoc discrepat D. Thom. ratio est, quia sicut se habet actus ad actum, ita habitus ad habitum proportionem servata, sicut ergo neque esse electio aliqua moraliter recta, nisi sit iuxta regulam, ac mensurae concursus, quae est rectum prudentiae dictamen, sic neque virtus moralis, quae est electio recta generatur, sine habitu prudentiae esse poterit, cuius est illud dictamen rectum: cum ex dictis quilibet virtus moralis suam peculiarem habeat prudentiam, cui subest, tanquam suae propriae regulae, quae libet est necessarium suae propriae prudentiae connexa, ac illi subordinata: non vero prudentiae alterius, quia ei non subordinatur, nec ab ea aliquo modo dependet. Si denique, prudentia generetur, & collectivè sumatur, prout ambrosius, & continent omnes habitus prudentiales virtutibus moralibus correspondentibus, vel ut est prudentia perfecta intensivè, & extensivè simul: subordinatur ei, & cum ea connectuntur omnes virtutes morales quia sicut se habet quae libet virtus moralis figurata in sumpta ad suam prudentiam particularem: sic omnes virtutes morales ad prudentiam universalem: cum igitur virtus moralis virtus cum sua peculiari prudentia necessaria habeat connexionem, sic praece omnium collectivè sumptae cum prudentia communi, ac universali.

118 Maior controversia est, an eadem ratione, qua virtutes morales cum prudentia connectuntur, prudentia cum eisdem necessariò connectatur, ita ut inter prudentiam, & res quas virtutes firmata connexio: Affirmant sententiam docent cum D. Thom. 65. art. 2. Caiet. Medina, Suarez, Granados, Valquez, Salas, Morilianus, Combricenses, Oviedo, & alii Thomistae passim, qui tamen declarant id intelligendum esse de prudentia perfecta, & consummata, nam de imperfecta, & inchoata concedunt esse possibile sine virtute morali. Negant vero hanc necessariam connexionem inter prudentiam, & reliquas morales virtutes Scotus diff. 36. quaest. 2. Ocham, Rubion, Angelus, Almainus, Bassolus, Licherus, Rada, Arceus, Vulpes, Azorius, Arriaz, Averia, & alii Recentiores, quorum aliqui nec magis sententiam componere nituntur, quatenus prima veritatem de prudentia perfecta, & consummata, altera vero de imperfecta, & inchoata.

ARTICULUS PRIMUS.

Quaestio Resolutio.

119 Dicendum est regulariter quidem coniungi virtutes morales cum prudentia intellectuali, absolute tamen posse interdum etiam de facto prudentiam ab eis separari. Ita Scotus loc. cit. & Auctores secunda sententiae: & quidem quod primam partem experientia ipse demonstratur, ob naturalem enim conjunctionem, & connexionem potioritatem intellectuum, scilicet intellectus, & voluntatis, etiam earum actus solent esse conformes, ita ut quae recte eligit, recte iudicat, & qui recte iudicat, regulariter recte eligit, & sicut perversum rationis iudicium voluntatem coordinat, ita regulariter prava electio voluntatis iudicium rationis pervertit solet: rectum autem rationis iudicium ad prudentiam spectat, & recta voluntatis electio ad virtutum moralem: Sicut ergo actus harum potentiarum regulares solent esse conformes ob naturalem harum potentiarum conjunctionem, & connexionem, sic etiam habitus conformiter acquiruntur. Et in hoc sensu dixit Arist. 6. Eth. cap. 13. virtutes morales non esse sine prudentia, neque prudentiam sine moralium virtute, & virtutem prudentem esse etiam probum, & probum esse prudentem, quatenus, scilicet, de facto, & regulariter virtutes morales non sunt sine prudentia, & prudentia non sine illis: Et hoc eorum admodum Auctores prime sententiae, nec aliud vera eorum fundamenta conuincunt, ut postea art. 2. videbimus.

120 Quo vero ad alteram partem probat Doctor, quia cum intellectus non determinat voluntatem, ut suppono ex diff. 7. de



malam electionem precedentes, sed consequenter negativè, vel contrariè quomodo etiam intelligendè sint auctoritate Scripturæ, Parum, Ac Arist. omnia peccata tribuentium alicui defectui intellectuali explicatum est in eadem disp. 3. de Demonibus qu. 2. nu. 41. pro qua etiam materia videnda sunt que diximus in libro de anima disp. 7. quæst. 3. art. 2. & 3. ubi agitur de modo, quo voluntas movetur ab intellectu ad operandum. Dandum alii dicunt, quod omnis malus est ignorans, non semper formaliter, sed interpretativè, si qua agit, ac si effectus ignorans.

333 Secundo obicitur, nullus potest velle, nec eligere, nisi præintellectum, sed eligens contrarium ei, quod est à ratione dictatum, ut temperatè vivere intellectu oppositum dictante, eligat, & vult non intellectam, quia nec contradictoria, cuiusmodi sunt temperatè est vivendum, & temperatè non est vivendum, simul intelliguntur, nec contraria, ergo &c.

Confirmatur, quia voluntas nihil potest velle, nisi præsupponendo actionem suam regulam circa illud; sed regula voluntatis est ratio dictans, & iudicans practicè hoc volendum, vel non volendum; ergo voluntas nihil potest velle, vel nolle, nisi secundum iudicium rationis. Nemo, indeterminatum ad aliqua debet ab alio determinari, ut possit in alterum illorum magis, quam in oppositum; sed voluntas est indeterminata ad hoc eligendum, vel respiciendum ergo ipsa determinari oportet ab intellectu dictante, & ordinatè quid eligendum, & quid respiciendum.

Respondetur negando minorem, quia licet omne dictatum sit intellectum, seu ab intellectu apprehensum, non tamen è converso omne intellectum est dictatum; unde intellectus dictante, esse temperatè vivendum, licet contrarium, scilicet, esse intemperatè vivendum, non sit dictatum, est tamen intellectum, & apprehensum à bono enim intelligitur, & apprehenditur quid sit vivere intemperatè, licet practicè non dicatur ab intellectu sic esse vivendum, licet ergo nullus possit eligere, & velle non intellectum, hoc est, ab intellectu nullo apprehensum potest tamen velle, & eligere non dictatum ut enim voluntas ab intellectu movetur, tandem indiget actu intellectus exprimente bonitatem, vel malitiam obiecti, quod fieri potest per simplicem apprehensionem, & intelligitiam, & non necessariò compositionem, quia dicitur hoc esse eligendum, vel fugiendum, ut late probatum est disp. 7. de anima q. 6. art. 1. à n. 124.

Ad probationem illius minoris negatur intellectum non posse intelligere simul contraria, vel contradictoria, nisi enim simulque intelligeret, & apprehenderet, non possent ea distinguere; verum tamen est non posse ea simul dicere, vel de eodem simul affirmare; aliud verò est loqui de contrariis, vel contradictoriis simultanea apprehensione, aliud verò de compositione.

Ad Confirmationem, concedo actum voluntatis præsupponere semper aliquem actum intellectus circa obiectum, in quod tendit, non tamen semper dicatum, nam sufficit apprehensum, quod si contendat esse debere dicatum, hoc solum verificari potest de voluntate, inquantum est rectè eligens, quia ut si oportet sue regulæ conformari, ut sit recta, sed non est verum de voluntate absolute considerata, quasistantè regulam in intellectu, non possit velle oppositum regulæ etiam ab intellectu ostensum, & apprehensum, licet non dicatur, Ad ultimum, valet assumptum de indeterminato passivè ad plura, non autem de indeterminato activè, qualis est voluntas, que activè differens est ad opposita contrariè, & contradictoriè, nam ex vi sue libertatis potest se ad alterum determinare quocumque alio circumscripto, ut dicitur est loc. cit. in libro de anima.

334 Tertio obicitur, quia in speculabilibus scientia pendet ex habitu principiorum, ergo in moralibus recta ratio pendet ex recto appetitu finis agibilium, sed appetitus ad illam rectè se habet per virtutes morales; ergo prudentia nec simpliciter necessarium habet cum illis Confirmatur: sicut temperantia generatur ex frequentibus electionibus eiusdem medi in delectationibus; sic prudentia ex frequentibus iudiciis, vel præceptis de eiusdem agibilibus; sed cum mediocritate nequit intellectus in his frequentere versari, si voluntas frequens non erit in rectis electionibus ergo impossibilis est habitus prudentie in intellectu sine morali virtute in voluntate.

Respondetur negando pariter, que potius deberet sic accipi, quod scilicet scientia in speculabilibus pendet ab habitu principiorum, ita recta ratio in agibilibus pendet ab ultimo fine illorum, finis enim in agibilibus se habet, ut principium in speculabilibus; sic autem finis est honestas ipsa virtus à ratione propostita in mediocritate inter extrema cuiusvis agibilis, non autem ipse appetitus rectus; & ideo gratis omnino inferitur, prudentiam pendere in veritate à rectitudine appetitus ex morali virtute.

Ad Confirmationem negatur minor, quamvis enim volun-

tas operari nequeat, nisi circa præcognitum, non tamen ita intellectus operari debet circa prævolitum, Dices, si voluntas non est rectè disposita circa virtutem, vel virtutis obiectum, nec etiam intellectus rectum iudicium de agibilibus poterit frequentari, quia ex tali mala voluntatis dispositione inferitur intellectus, ne rectum ferat iudicium in agibilibus. Respondetur non statim ab initio impediri, sed paulatim, atque ideo ab initio poterit habitus prudentie in intellectu generari, præsertim cum per unicum dictamen generari possit habitus prudentie, ut ait Doctor disp. 36. lit. K.

Quarto obicitur, quia prudentia dirigit media, que conferunt ad finem virtutum, sed inquisitio mediolorum supponit intentionem finis; ergo voluntas debet prius esse affecta ad honestatem virtutis, & non nisi per virtutes morales; ergo prudentia abque virtutibus moralibus esse non potest.

Respondetur, ad prudentiam non solum spectare dirigere media, sed etiam fines virtutum; & dum prudentia dirigit media, & consulat de mediis, non necessariò supponere debet in voluntate rectam finem intentionem, quia sine dubio potest quibus in rigore cogitare, & inquirere, quomodo sit rectè operandum iuxta regulas alicuius virtutis, & non adhuc voluntatem habere exercendi talem virtutem; Et quidem, quod prudentia non solum dicit de mediis ad finem, sed etiam de ipso fine notat Doctor disp. 36. licet istud, ubi ait, quod prudentia non solum est mediolorum ad finem, sed etiam ipso finis, sic quod illi habitus generis ex dictaminibus, sive sit circa finem, sive mediolorum ad finem dicitur esse prudentia; quod etiam cum Soto contra Thomistam docet Averis ad p. 55. sect. 13. Arriaga disp. 34. in fine, & alii Recentiores; experimur enim non sepe esse indifferentes non solum ad eligendum hoc medium præ alio, sed ad hunc finem præ alio; quando enim sumus indifferens, vel ad hanc comedendam rem delectabilem, ceterò non apprehendo tunc illam honestatem abstinentie, ceterò non apprehendo tunc illam comestitionem, ut usitem; neque habeo aliquem mihi propostum finem fixum, ad quem tam comestio, quam abstinentia sit utilis; ergo tunc non consulto de mediis, sed de finibus ipsis, tunc autem temporè datur locus prudentie, que dicitur potest, tunc abstinentiam esse magis amabilem ob bonitatem moralem, quam habet, qua caret comestio, Tum quia ut arguit doctor loc. cit. virtus moralis semper sequitur ordine nature prudentiam aliquam; ex electione autem finis particularis, pura castitatis, generatur virtus moralis, ergo prudentia non est ita subtrahenda, ut tantam sit habitus circa media ordinata dictata ad consequendum finem particularem electum.

Hic queri solet, an prudentia sit distincta ab Ethica, seu à scientia moralis: Et ratio dubitandi est, quia Ethica, que dicitur scientia moralis, tradit præcepta omnia generalia prudentie; & prudentia verò spectat conclusiones particulares ex eis inferre, verb. gr. ergo hic, & nunc est id faciendum; Sed in hac deductione nulla nova intervenit difficultas, magis, quam in deducendo, quod hic homo est animal ex illa universali, quod omnis homo est animal; ergo pro tali illatione, vel deductione conclusionum particularium in moralibus non videtur prudentia poni debere habitus distinctus ab Ethica, vel scientia morali; Confirmatur, quia ex eo præsertim Ethica solet distinguì à prudentia, quia Ethica solum attingit obiecta universalis, & necessaria, prudentia verò particularia, & contingentia; sed hæc ratio non convincit distinctionem habituum, quia ethico, prudentia tangat particularia, seu conclusiones particulares eas tamen tangit inferendo ex universalibus; hoc autem ad eandem scientiam spectare videtur: sic quia Philosophia in communè dicit omne corpus esse mobile, ad eandem pertinet hæc particularis conclusio inde deducta, ergo hoc corpus naturale est mobile; & quæ logicæ in communè dicit, omnis quod definitio constat ex genere, & ex differentia, ad eandem logicam pertinet peculiaris conclusio inde deducta; ergo hæc definitio, ut sit bona, ex genere, & differentia constare debet; & idem est de aliis illationibus particularibus.

335

Communis tamen sententia docet eas duas virtutes omnino distinguì, & Ethicam sub genere scientie constituere, que est secunda virtus intellectiva, ut videtur apud Tataratum 6. Ethic. quæst. 6. Tota difficultas consistit in assignanda ratione talem distinctionis, que solvat rationem dubitandi propostam; & que mihi satis apta videtur, quam assignat Arriaga disp. 36. sect. 3. num. 47. nimirum quod quando in S. logico aliquo minor, que ponitur, ut deinde conclusio inferatur, est veritas aliqua diversa, que nullatenus in maiori includitur; tunc necessariò est diversus habitus ad eam minorem ponendam in illa sit specialis difficultas; ideoque consequens illatum ex duabus illis præmissis ad solam maiorem universalem pertinere non potest, vel ad habitum eius. Sic autem est in proposito, nam quantumcumque Ethica dicat, refrenandum est sub hæc, vel illa

135

138

136

137

ARTICULUS PRIMUS.

Quæstio Resolutio.

illa circumstantia, sub tali vero, vel tali non est refrenandum, nempe in casu extreme necessitatis vel periculi honoris; adhuc tamen non potest particularis conclusio inferri, verbi gratia, ergo hic, & nunc est refrenandum, vel non est refrenandum, donec sublimatur minor, argui sic, & nunc sunt tales circumstantie, in qua minore iudicanda incumbit prudentia, & sæpe maxima intervenit difficultas, que per principia illa generalia Ethicæ nullo modo decipi potest, quia determinare & hic, & nunc, ut v. gr. sit periculum honoris, si refrenuo, pendet ex variis considerationibus, & sic etiam in aliis casibus, itaut interdum homines etiam doctissimi, & prudentissimi non possint se determinare, nec formare illam minorem, que ad conclusionem particularem inferendam est omnino necessaria; & hinc sæpe oritur magna difficultas in consiliis capiendis; Ex hoc ergo manifestè inferitur illorum duorum habituum distinctio, Ethicæ, scilicet, & prudentie; cum enim illa sola non sufficiat per sua principia generalia ad dirigendas actiones particulares, sed necessariò sit particularis habitus distinctus, quo intellectus, vel ex aliis similibus successibus, vel ex peripicaci circumstantiarum consideratione, vel ex notitia aliunde acquisita possit inferre hic, & nunc tales interveniunt circumstantias, quales in communè Ethica requirit, dicit minime potest majorem, & minorem ad eundem habitum pertinere.

Ex quo patet solutio ad rationem dubitandi propostam; sibi enim veritas minoris particularis sufficiens in maiori universali includere debet, neque in ea ponenda illa specialis aderat difficultas, & ideo ad eundem scientie habitum cum maiori poterat pertinere; hoc autem in proposito nostro non contingit; & ideo prudentia, ad quam spectat minor particularis, poni debet habitus distinctus ab Ethica, seu scientia morali, ad quam spectat maior universalis; Possunt tamen hi duo habitus ita constitui, ut Ethica quoque sub prudentia in communè constituarur, ac in ad quæ ab ea distinguatur, tanguam inclusum ab includente, adeo quod sub prudentia in communè duo habitus continentur; unus per se scientificus generalis, qui vocatur Ethica, & scientia moralis; alter vero opinativus majori ex parte, qui nomen generis sibi appropriandum prudentia dici consuevit; unde sit, ut conclusionis prudentie, speculativè loquendo, non sint certæ, sed pæse falsæ esse moraliter loquendo in ordine ad excludendum peccatum vitæ certæ, quia qui hic, & nunc iudicat in vincibiliter certò, se bene procedere, beneficium procedit, ut dictum est lib. 3. disp. de Actibus humanis tractando de opinione probabilis; Hæc autem doctrina de distinctione prudentie, ab Ethica consonat est Soto 3. disp. 36. licet istud, ubi approbat distinctionem scientie practicæ, & prudentie à Thomistis postam, & solum negat prudentiam circa media tantum versari, & non etiam circa finem.

QUESTIO SEPTIMA.

An Prudentia sit unica per omnibus virtutibus moralibus, vel potius pro qualibet sit distincta.

339 Communis Thomistarum sententia docet, unicum tantum esse habitum prudentie, qui ad omnes virtutes morales se extendit, inter se comparando earum obiecta, & decidendo quid hic, & nunc fieri debet omnibus pensatis; ita Cajetanus, Medina, Conradus, Alvarez, Vasquez, Tannerus, & alii Thomistæ passim cum Divo Thoma qu. 60. art. 1. quorum præcipuum fundamentum est, quia unicuique est modus iudicandi circa omnia obiecta virtutum, ille autem est per consultationem invenire mediocritatem in materia, & convenientiam mediocritatem cum fine; ergo unicuique pro omnibus virtutibus prudentia. Ex adverso Scotus, & Nominales afferunt tot esse prudentias formales, & secundum speciem distinctas, quot sunt virtutes morales acquirere circa ipsas, atque ita cuilibet virtuti morali suam propriam prudentiam correspondere; itaut prudentia in communè debeat poni una tantum secundum genus remotorum, sicut etiam virtus moralis acquirere hoc modo tantum genericè dicitur una; ita Scotus disp. 36. cit. §. quantum ergo ad istud, Ocham, Gabriel, Rubion, Maïron, Bassolius, Almainus, Tataratus, Rada, Vulpes, Arcemus, & ex Recentioribus Averis, Arriaga, & alii.

Dicendum est cum Soto loc. cit. quod tot sunt prudentie secundum speciem, quot sunt virtutes morales acquirere, itaut cuilibet virtuti morali sua propria virtus correspondeat; prudentia verò in communè sit una virtus secundum genus remotum eo modo, quo virtus moralis acquirere sic dicitur genericè una. Conclusio constat ex dictis in superioribus num. 101. & 115. quam ita probat Doctor, sicut ars est recta ratio fabricabilium, & artificialium, sic prudentia est recta ratio agibilium. Ethic. ergo sicut ars respicit fabricabilia, ita prudentia agibilia; sed planum est, quod respectu diversorum fabricabilium aliterius, & alterius rationis diversæ sunt artes specie differentes, alia enim species est ars Medicina, alia Sutoria, alia Carpentaria, alia Domificativa, alia Frenetativa, alia Fabrilis &c. ergo pariter alia est prudentia dictans de temperatè vivendo, alia de iuste operando, & alia de fortiter agendo; Vnde sicut ars generaliter respicit omnia fabricabilia, qualiter scilicet, est domus fabricanda, qualiter navis disponenda, qualiter medicina dispensanda &c. ita prudentia generaliter respicit omnia agibilia, ut qualiter est castè vivendum, qualiter terribilis sunt viriliter sustinenda, qualiter unicuique refrenandum, quod suum est; Et sicut aliquis potest esse artifex circa aliquid fabricabile, & non circa aliud, ita aliquis potest esse prudens respectu alicuius agibilis, & non respectu alterius; atque admodum quemadmodum respectu diversorum fabricabilium sunt ponendæ diversæ artes, ita respectu diversorum agibilium sunt ponendæ diversæ prudentie.

Respondent Thomistæ ex eorum fundamentum iam adducto negando pariter de arte in fabricabilibus, & prudentia in agibilibus, quæ quædam est modus iudicandi in agibilibus, secundum quod exigit homini ad finem apprehensum, nempe in eligenda materia, & mediis ad talem finem, & modum autem iudicandi est per consultationem, inveniendum mediocritatem in materia, & convenientiam mediocritatem ad finem; Et quamvis sint varii fines apprehensivi, in quo prius ferretur appetitus vel voluntatem, aut propostum, non fatet est, ut dicimus diversas esse prudentias; nam hi varii fines in apprehensionibus, vel propostis, sunt veluti varia principia, ex quibus prudentia inchoat suam consultationem, ut tandem ad iudicandum perveniat; est igitur una prudentia circa assignandam mediocritatem, & media ad finem diversarum virtutum, quia est idem modus consultandi, & iudicandi, ita Cajetanus part. 2. qu. 60. art. 1. circa solutionem primi.

Hæc tamen doctrina, & solutio evidenter reicitur, quia si iste unus, & idem modus consultandi, & inveniendi mediocritatem, seu convenientiam mediocritatem cum fine in tam diversis materiis sufficiens est ad statuendum unam speciem prudentiam respectu omnium agibilium; sic pariter similis modus consultandi artium, & media ordinandi ad proprios fines (sufficiens erit ad unam artem constituendam respectu omnium fabricabilium) imò hæc eadem ratione una specie erit constituenda virtus moralis respectu omnium bonorum honestiorum; & una scientia respectu omnium scibilium; Probarur hæc consequentia, quia omnes artes conveniunt in modo consultandi circa proprias materias, & in modo disponendi mediis ad proprios fines, item eodem etiam modo omnes virtutes morales voluntatis in hoc convenire videntur, quod omnes amant suum obiectum formale, & propter illud amant media ad eius consecutionem utilis. Et tandem omnes scientie, quantumvis inter se specie diverse in hoc conveniunt, quod qualibet inquirenti inquirat definitionem, de quo suas probat passiones, & qualibet inquirenti inquirat medium, ex quo proprias possint inferre veritates, eo planè modo, quo dicunt Thomistæ prudentiam querere mediocritatem in obiectis, & convenientiam mediocritatem cum fine. Sic ut ergo non obstantè ea artium convenientia, & similitudine in modo consultandi, & querendi convenientiam mediocritatem cum fine; & convenientiam virtutum moralium inter se in modo amandi sua obiecta, & scientiarum inter se in eo modo inquirendi; eo tamen ipso, quod obiecta artium, & scientiarum sunt inter se diversa, & quod fines, ac honestates in obiecto sunt diversæ, dantur tam diversæ artes, & scientie in intellectu, & tam diversi habitus honesti in voluntate. Sic pariter non obstantè ea convenientia in modo consultandi, & querendi convenientiam mediocritatem cum fine, dantur etiam diversæ prudentie; Et ratio est, quia licet ea convenientia videatur eisdem terminis explicari, solum tamen genericè una, & eadem est in omnibus obiectis, specifice verò sunt valde diversæ; quia longè diversæ sunt convenientie in diversis obiectis, & diverso modo in uno, quam in altero obiecto de ea convenientia iudicandum est; ac

que